



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXIV. Markgraf Woldemar vereignet dem Kloster Neuendorf 3 Hufen des  
vormaligen Dorfes Pinnow bei Osterburg, am 1 Juli 1312.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

sunt dominus Hinricus et frater suus dominus Fredericus dicti de Arrichfleuen, dominus Nicolaus et dominus Bernhardus germani dicti de buch, dominus Drefekinus, dominus Johannes de Santerfleue et Theodericus, frater suus, et plures alii fide digni. Datum et actum Tangermunde, anno domini M. CCC. vndecimo, pridie Kalend. Augusti.

Nach einer im Königl. Hannoverischen Landes-Archive befindlichen alten Copie.

XXIV. Markgraf Woldemar verzeiguet dem Kloster Neuendorf 3 Hufen des vormaligen Dorfes Pinnow bei Osterburg, am 1. Juli 1312.

In nomine domini. Amen. — — — Noverint — universi quibus exhiberi continget presens scriptum, quod principaliter propter deum et precaminum\*) honeste matrone vidue quondam domini Hermanni de Gardelegh interventum devotum nos Woldemarus, Brandenburgensis, Lufatie et de Landsberg marchio, dedimus et per presentes donatione libera largimur sanctimonialibus monasterii Nygendorp proprietatem veram trium mansorum, qui de civitate Osterborch nunc excoluntur et aliquando ville Pinnow adiacebant: renunciantes omni juri, quod nobis in dicta proprietate competebat, dantes ipsis sacratis virginibus possessionem ipsius legitimam ab ipsis nunquam per nos vel heredes nostros vel successores ammodo vendicandam. Ne autem hujusmodi factum rite et devotione congrua celebratum in irritum a perversis trahatur, presentes litteras nostri sigilli impressione dari iussimus sigillatas. Testes hujus sunt domini Nicolaus de Buk, Droyseko, milites nostri fideles, Slotheko, Hermannus de Luchow, capellani, cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum Jerchowe, anno domini millesimo trecentesimo duodecimo, octava beati Johannis Baptiste.

Orig. in M. Siegel verstimmt. — Befm. 119. — Gerden, Dipl. II, S. 83.

\*) Befm. irrthümlich peccaminum.

XXV. Bertradis von Eynbeck stiftet eine wöchentliche Bier-Spende für die Nonnen im Kloster Neuendorf, am 4. Januar 1316.

Ne ea etc. — — — Hinc est quod ego Bertradis de Eynbeke Recognosco et protestor manifesto, Quod ob amorem dei omnipotentis et pro salute anime mee donavi et dedi religiosi dominabus Sanctimonialibus in Nigendorpe Decem marcas Stendalgenfis argenti pro una marca argenti ejusdem sita in uilla Gheveniz singulis annis donanda. Que marca debet permu-  
tari pro denariis condignis et ministrari dominabus ad claustrum ad comparandum ova ipsis singulis